

Otto II. schenkt der Kirche von Merseburg einen in demselben Bisthum im Gau Chutizi in Günthers Grafschaft gelegenen Forst zwischen den Flüssen Saale und Mulde und den Ländern Siusili und Plisni sammt zugehörigem Bann. Alstedt, 974 Aug. 30.

5 Hdschr.: Or. Perg. Stiftsarchiv Merseburg.

Gedr.: Böhmcr, Acta imperii selecta 1,10, Stumpf 635.

Ann.: Vergl. Einl. 9 Ann. 9, 46 Ann. 283, 189 Ann. 142 und 143, S. A. 13 Ann. 9, 85 Ann. 283, 352 Ann. 142 und 143.

(C.) :In nomine sanctae et individuae trinitatis. Otto divina favente clementia im-
 10 perator augustus^a). Cum nostrae condignum esse conseatur serenitati, quorumcumque
 fidelium nostrorum: | honestis benigniter obsequi rogatibus, sed precipue erga cultus
 locorum divino honori adictorum, quare propagatum esse omnium fidelium nostrorum
 presentium ac futurorum volumus | sollertia, quia dilectissima coniunx nostra Theophanu
 nec non fidelis noster Gisalherius sanctę Mersiburgensis ecclesię venerabilis episcopus,
 15 nostram humiliter adeutes presentiam, | petierunt a nostra proprietate predictę ecclesię
 donari forestum in eodem episcopatu et in comitatu Gunterii comitis et in pago Chutizi
 situm cum banno adpervinenti. Quorum pię petitioni nos coniventes pro piissimi genitoris
 nostri imperatoris augusti animę remedio et pro regnorum divinitus nobis collatorum
 prospera stabilitate nostra imperialis potentia auctoritatis in proprium et in perpetuum
 20 usum deo ac invictissimo militi suimet Laurentio, insuper fideli nostro Gisilero suisque
 successoribus prefatum forestum inter Salam ac Mildam fluvios a[c]^b) Siusili et Plisni
 provincias iacentem concedimus firmiterque donamus eo tenore, ut idem sine aliqua secu-
 lari inquietudine ad iam prescripti martiris ecclesiam sub episcoporum eius [speciali]^b) et
 potenti tuitione perpetuo deserviat. Insuper statuimus, ut nullus comes vel aliquis ex-
 25 traneorum seu incolarum absque conscientia episcopi suorumque licentia custodum venari
 vel aliquam inferre molestiam presumat^c), si nolit reus fieri maiestatis. Qualescumque
 venationum species in his modo sint terminis vel nutriantur seu ex magna procedant
 silva, quę Miriquido dicitur, ut sint nostra imperiali pace securae admodum auctoritative
 iubemus. Et ut hęc nostri auctoritas precepti firmior stabiliorque cunctis prepetim^d) cre-
 30 datur, hanc cartam inscribi iussimus et anulo nostro signatam manu propria nostra sub-
 tus eam firmavimus.

:Signum domni Ottonis (M.) imperatoris augusti.:

:Vvilligisus cancellarius vice Rotberti archicapellani notavi.: (SJD.)^e

Anno dominice^f) incarnationis DCCCC LXXIII., indictione II., anno vero regni
 35 domni Ottonis secundi XIII., imperii autem VII., data est III. kal. sept.^g); actum in dei
 nomine Altstedi.

19. a) aug. b) Loch. c) psumat. d) pr. petim, e ist verwischt. e) Die Oeffnung, in welcher das S. befestigt war, zeigt keinen Kreuzschnitt. f) domc. g) septb.